Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei

.... Episcopo Culmensi

Salutem et apostolicam Benedictionem

Luthawie Regi diadematis regalis honorem conferat.

Multa cor nostrum est super eo iocunditate perfusum, quod Dei, et Redemptoris nostri Jesu Christi benignitas super carissimo in Christo filio nostro Mindowm. Illustrem Luthowie Regem suam faciem illustrando, ei misericorditer inspiravit etc., ut supra, usque annuentes. Mandamus, quatinus accersitis aliquibus Ecclesiarum Prelatis, et religiosis personis, dictum M. in totius Luthowie, ac terrarum omnium, quas per divine virtutis auxilium iam eripuit de infidelium manibus, vel eri-

pere poterit in futurum, auctoritate nostra corones in Regem, et sibi ab omnibus consti-tutis ibidem, tanquam Regi catholico, super omnibus diligenter intendi facias, que spectare ad dignitatem regiam dinoscuntur. Ita tamen, quod ipse, ac successores sui Regnum predictum, ac pre-fatas terras, que ad suarum precum in-stantiam in ius et proprietatem beati Petri suscepimus, se ab aplica Sede tene-re perpetuo recognoscant. Contradictores autem, si qui fuerint, vel rebelles, moni-tione premissa, per censuras ecclesiasti-cas, appellatione remota, compescas. Non obstantibus. &c. Datum Mediolani XVI. Kalen-das augusti anno nono.

Descriptum, et recognitum ex autographo Regesto Litera-

rum aplicarum f. r. Innocentii PP. IV. an. IX. epist. 3, quod
adservatur in Tabulariis Secretioribus Vaticanis. In quorum fi=
dem hic me subscripsi, et solito signo signavi.

Dabam e Tabulariis pręfatis XII. Kal. Junii MDCCCXXXVII.
Indictione X, Pontificatus vero SSmi in Christo Patris,
et Dni Nri, Dni Gregorii div. prov. PP. XVI. an. VII.

ARCHIVUM SECRET. APOSTOL. VATICANI

M. Marini
Tabular. S. R. E. Praefectus